

Pro Abbatisa et Sororibus Minorissis extra Algate.

[*Fœdera et Convent.*, &c. vol. ii. p. 664. A. D. 1294. an. 22 Edw. I. Pat. 22 Edw. I. m. 2.]

REX omnibus, &c. salutem. Licet de communi concilio regni nostri statuerimus, quod non liceat viris religiosis, seu aliis ingredi feodum alicujus, ita quod ad mortuam manum deveniat, sine licentia nostra et capitalis domini, de quo res illa immediatè tenetur; volentes tamen Edmundo, fratri nostro carissimo, gratiam facere specialem, dedimus licentiam, quantum in nobis est, quod ipse unum tenementum, quod habet ex dimissione Willielmi Alutarii, filii Reginaldi, quondam tegulatoris in suburbio London: unum tenementum, quod habet ex dimissione Galfridi le Coureur, et Odiernæ uxoris ejus, in eodem suburbio: unum tenementum, quod habet ex dimissione Willielmi de Waltham, et Elenæ uxoris ejus, in eodem suburbio: unam placeam terræ, quam habet ex dimissione Salomonis le Tuyller, et Elyciæ uxoris ejus, in eodem suburbio: unam placeam terræ, quam habet ex dimissione Galfridi de Hundesditch, executoris testamenti Thomæ de la More, in eodem suburbio: unam placeam terræ, quam habet ex dimissione Johannæ Goldotne, in eodem suburbio: et triginta libratas redditus, quas habet ex dimissione Henrici le Walleys, in venella Sancti Laurentii juxta Westchepe, et in Cordwinstrete et apud Douvegat, in civitate prædicta: dare possit et assignare dilectis nobis in Christo, abbatissæ et sororibus Minorissis, ordinis Sanctæ Claræ, de gratia beatæ Mariæ Virginis, extra Algate: habenda et tenenda sibi, et successoribus suis. Et eisdem abbatissæ et sororibus, quod ipsæ tenementa, placeas, et redditus prædicta à præfato fratre nostro recipere possint, tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem: nolentes quod prædictus frater noster, aut hæredes sui, vel prædicta abbatissa, vel sorores, vel successores sui, ratione statuti prædicti, inde per nos, vel hæredes nostros, occasionentur in aliquo, seu graventur. Salvis tamen capitalibus dominis feodorum illorum servitiis inde debitis et consuetis, et etiam libero ingressu et egressu ad distringendum in eisdem feodis, pro consuetudinibus et servitiis suis prædictis, quotiens aliquid inde eis à retro esse contigerit. In cujus, &c.

Teste rege apud Turrim London, 8 die Novembris.

ABBEY OF NUNS MINORESSES at WATERBECH, in CAMBRIDGESHIRE.

THE lady Dionysia de Monte Canisio, or Mountchensy, A. D. 1293, built here, to the honour of the Piety of the blessed Virgin Mary and St. Clare, this Abbey. Tanner says, she had a grant of the manor of Waterbeche, and licence to found a house of religion therein, ten or eleven years before; but the Minoresses were not resolved upon till 22 Edw. I. The Nuns here were removed about A. D. 1348, as has been already mentioned, by Mary Countess of Pembroke, to a religious House of the same Order, then lately founded by her at Denney in Cambridgeshire. JOANNA DE NIVERNIIS occurs Abbess of Waterbeche in 1294; and JOANNE DE TRENCE, t. *Edw. III.* The advowson of the Church of Redgewell in Essex was granted to this House in the 24th Edw. I.^a

MONIALIUM, ORDINIS S. CLARÆ, DOMUS APUD WATERBECHAM, IN AGRO CANTABRIG.

NUM. I.

Licentia Regia de Domo fundanda.

[Pat. de an. 22 Edw. I. m. 23.]

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Cum per cartam nostram concesserimus, pro nobis et hæredibus nostris, dilectæ nobis Dionisæ de Monte-Caniso, manerium de Waterbeche cum pertinentiis quod eadem Dionisia de nobis tenet in capite, habendum et tenendum sibi et assignatis suis, ita quod inde religiosos feoffare vel ibidem fundare possit domum religionis de quocunque voluerit ordine, pro anima nostra, et animabus antecessorum nostrorum, et suorum, et hæredum nostrorum et suorum, et quod religiosi illi qui inde feoffati

vel ibidem fundati fuerint prædictum manerium cum pertinentiis teneant in liberam et puram et perpetuam elemosinam, quietum de omni regali et seculari servicio, sicut hujusmodi elemosina quietiùs et meliùs teneri poterit, prout in carta prædicta plenius continetur, et ipsa Dionisia in proposito jam habeat sorores Minorissas ordinis sanctæ Claræ de manerio prædicto cum pertinentiis feoffandi, ibidem imperpetuum Altissimo servituras. Nos propositum hujusmodi commendantes, dedimus ei licentiam, quod ipsa tot sorores ordinis prædicti illuc à partibus transmarinis venire facere, et ipsas de eodem manerio cum pertinentiis feoffare possit, quot ad divinum obsequium ibidem celebrandum fore viderit oportunas; ita quod sorores illæ quas ipsa Dionisia inde feoffaverit, ibidem pacificè morari et Domino famulari ac manerium illud cum pertinentiis habere et tenere possint, juxta formam concessionis nostræ supradictæ. In cujus, &c. Teste rege apud Walsingham iij. die Marcii, anno regni nostri vicesimo secundo.

NUM. II.

Carta Regis Edw. III. priorem confirmans, &c.

[Chartæ 8 Edw. III. n. 10.]

REX archiepiscopis, &c. salutem. Inspeximus etiam literas patentes quas idem pater noster fecit eidem Dionisæ in hæc verba. Edwardus, &c. [ut supra in charta præcedenti.] Nos autem concessionem, confirmationem, et licentiam prædictas, ac etiam donationem, concessionem, et confirmationem, quas præfata Dionisia per cartam suam fecit de manerio prædicto, Deo et gloriosæ virgini Mariæ, et sanctæ Claræ, et Johannæ de Nevers tunc abbatissæ, ac sororibus ordinis ejusdem sanctæ Claræ, videlicet, ordinis Minorissarum ibidem Deo servientibus, et imperpetuum servituris, habendum et tenendum eisdem abbatissæ et sororibus, et earum successoribus, cum messuagiis, ædificiis, terris, pratis, pasturis, mariscis, communis, turbariis, aquis, gurgitibus, piscariis, viis et semitis, homagiis liberorum hominum, et omnibus eorum servitiis, wardis, releviis, escaetis, villanis, cum eorum villenagiis, servitiis, et eorum sequelis, ac omnibus aliis rebus ad prædictum manerium quoquo modo spectantibus, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam ratas habentes, et gratas, eas pro nobis et hæredibus, quantum in nobis est, concedimus et confirmamus, sicut cartæ et literæ prædictæ rationabiliter testantur. Hiis testibus, venerabilibus patribus W. archiepiscopo Cantuar. totius Angliæ primate. T. Winton. episcopo, cancellario nostro, et W. Coventr. et Lychfeld. episcopo. Adomaro de Valencia, comite Pembroch. Humfrido de Bohun, comite Hereford et Essex. Hugone le Despencer seniore. Radulpho de Monte Hermerii. Willielmo de Monte-Acuto senescallo hospicii nostri, et aliis. Datum per manum nostram apud Westmonasterium tricesimo die Januarii, anno regni nostri undecimo.

NUM. III.

Placita Coronæ apud Cantebri. coram Johanne de Berewyk et Sociis suis Justiciar. itinerantibus ibidem in Octabis sancti Hillarii, Anno Regni Regis Edwardi, Filii Regis Henrici, vicesimo septimo.

[Escaet. 30 Edw. I. n. 99.]

PRÆSENTATUM est per xij. juratores hundredi de Northstowe, quod abbatissa Ordinis sanctæ Claræ de Waterbeche clamat habere visum franci plegii et emendas assisæ panis et cervisiæ de tenentibus suis in Waterbech. Et prædicta abbatissa per attorney suum venit et dicit, quod ipsa tenet manerium de Waterbech, simul cum libertatibus prædictis eidem manerio annexis ex dono et feoffamento Dionisæ de Monte-Caniso, per cartam ipsius Dionisæ quam profert et quæ hoc testatur. Et dicit quod dominus rex nunc concessit, et carta sua confirmavit, pro se et hæredibus suis, Dionisæ de Monte-Caniso manerium de Waterbech cum pertinentiis quod de ipso rege tenuit in capite; ita quod inde religiosos feoffare vel ibidem fundare possit domum religionis de quocunque voluerit ordine, pro anima sua et animabus antecessorum suorum. Et religiosi illi qui inde feoffati vel ibidem fundati fuerint, prædictum manerium cum pertinentiis te-

^a Compare Tanner's References relating to this Abbey, Notit. Monast. *Cambr.* xxviii. Among Ducarel's Excerpts from the Lambeth Registers, MS. Brit. Mus. vol. vi. p. 322, is Pope Innocent the VIth's

Bull confirming the transl. of Waterbeche to Denney, dated Avignon, 4th id. May, A. D. 1359.

neant in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, quietum de omni regali et seculari servicio, sicut hujusmodi elemosina quietius et melius teneri poterit. Et profert eandem cartam quæ hoc testatur. Et quod prædictæ libertates annexæ fuerunt prædicto manerio à tempore quo non exstat memoria petit quod inquiratur. Et juratores istius hundredi, simul cum aliis ad hoc electis, dicunt super sacramentum suum quod prædictæ libertates annexæ fuerunt prædicto manerio à tempore quo non exstat memoria. Ideo ipsa inde sine die, &c. salvo jure regis, &c.

NUNS MINORESSES OF BRUSYARD, in SUFFOLK.

THE following is Tanner's Account of this House, grounded upon the charters which follow, and upon the relation of its first establishment preserved in the Brusyard Chartulary. He says, "The College founded at Ashe by Maud Countess of Ulster was removed to the manor-place of Rokehall in Brusyard, where was also built a Chapel of the Annunciation, and the proper Offices for the Warden and Priests, A. D. 1354; but upon some complaints, and at the instance of Lionel Duke of Clarence, with the consent of the King, &c. this College or Chantry, with all the lands belonging thereunto, was surrendered, 4th Oct. 40th Edw. III., to the use of an Abbess and Sisters, Nuns Minoresses of the Order of St. Clare, who remained here till the general Suppression, when their yearly revenues were estimated at 56*l.* 12*s.* 1*d.* per annum. The Site and Endowments of this Abbey were granted to Nicholas Hare, 30th Hen. VIIIth."^a

Cole, in his MSS. vol. xxvii., mentions MARGARET CALTHORPE as Abbess here in 1500.

Tanner gives references to various public records concerning this House, between the 20th of Edw. III and the 9th Hen. Vth, whence it appears that in Suffolk and Norfolk they possessed the manors of Rokehall in Brusyard,^b Stanford,^c Harpham,^d Witton,^e and Benge;^f the churches of Burgh,^g Rendesham,^h Sutton,ⁱ Rewenhall,^k and St. Andrew of Bulmere;^l and lands, tenements, and rents in Holbrok,^m Tatingston,ⁿ Brusyard,^o Sweftling,^p Sauston,^q Badburgham,^r Winston,^s Petaugh,^t Debenham,^u Harpham,^x and Harlton.^y

Taylor, in his Index Monasticus, says, this Nunnery was situated in the hundred of Plomesgate, the franchise or liberty of St. Ethelred, and jurisdiction of the Prior of Ely, the Deanery of Oxford, and the Archdeaconry of Suffolk.

MARIA PAGE was abbess in 1534. She alone signed the Surrender of the Monastery. The right honourable the Earl of Stradbroke, who has in his possession an English Chartulary of the Nunnery, is the present owner of the Site, lord of the manor, and patron of the vicarage of Brusyard.^z

Dugdale has given the Statutes and Ordinances of this House at the time when it was a Collegiate foundation.^a

ECCLESIA COLLEGIATA DE BRUSEYARD, IN AGRO SUFFOLCIENSI.

Statuta et Ordinationes pro Gubernatione ejusdem.

[Pat. 30 Edw. III. p. 3, m. 5. per Inspex.]

UNIVERSIS sanctæ matris ecclesiæ filiis a quos præsentis literæ pervenerint Willielmus permissione divinâ Norwycensis episcopus salutem, et rei gestæ memoriam perpetuo duraturam. Ad universitatis vestræ notitiam volumus pervenire, quod religiosa mulier, dilecta nobis in Christo filia, domina Matildis de Lancastria nunc sanctimonialis ecclesiæ collegiatæ monialium de Campesse nostræ diocesis, comitissa nuper Ultoniæ, ad honorem Dei et beatæ Mariæ Virginis gloriosæ, omniumque sanctorum, pro salute animæ meæ, ac eorum quibus tenebatur in villa de Ashe juxta Campesse prædictâ unam perpetuam cantariam quinque capellanorum dudum fundavit, quos in capella An-

nunciacionis Virginis gloriosæ, infra prioratum monialium de Campesse prædictâ disposuit celebrare, ac larem et moram facere in villâ de Ashe extra et juxta prioratum prædictum, ut in literis inde confectis plenius continetur. Verum quia dictus locus nimis distat à prioratu prædicto; et idcirco presbyteri supradicti eis nimis non immeritò reputant onerosam tempore yemali, seu etiam pluvioso, bis in die pro divinis officiis celebrandis, tanti loci distantiam pertransire, maximè cum fuerunt in senio constituti; magisque conveniens honestati reputant in loco salutarior habitationem habere, et ibidem divina dicere, ubi non est conversatio mulierum, quàm juxta chorum monialium prædictarum, ubi quandoque propter vocum strepitum contingit seipsos ad invicem mutuo impedire, prout dictorum presbyterorum, ac etiam monialium nobis facta suggestio continebat; propter quod dicti presbyteri, una cum consensu dictarum sanctimonialium nobis humiliter supplicarunt, ut dictam cantariam Bruseyard in manerio de Rokhalle vulgariter nuncupato, quod de dominio eorum consistit transferre, ac etiam normam et regulam, secundùm quam vivere debeant eis facere dignemur. Nos igitur considerantes dicta suggesta fore consona rationi, tam dictorum presbyterorum, quàm dictarum monialium precibus inclinati, de eorum consensu unanimi ac expresso, ad præmissa per ordinem faciendâ procedimus in hunc modum.

In primis quia clericorum et mulierum debet esse habitatio separata, ne sinistra suspicio oriatur, dictam cantariam ad villam de Bruseyard prædictam, in manerio quod vocatur Rokhalle duximus transferendam, eamque transferimus per præsentem, ubi habitationem pro prædictis quinque presbyteris congruam et decentem cum uno dormitorio, in quo omnes simul dormire, et refectorio ubi simul comedere debeant; ac etiam capellam in honore Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, in quâ divina celebrent fieri volumus ac etiam præparari. Volentes igitur dictæ dominæ Matildis voluntatem, quam in suis literis expresserat, in quantum permittunt canones, et cum Deo poterimus imitari, in dictâ cantariâ quinque capellanos perpetuos esse volumus, quorum unus erit custos et magister: cui, vel ejus locum-tenenti, quem de dictis capellanis ipso absente, vel alias impedito, duxerit ordinandum, cæteri teneantur in bonis et canonicis obedire.

Statuimus insuper, ac etiam ordinamus, quod tam custos quàm cæteri confratres, robas unius sectæ habeant; quorum supertunicas ex parte anteriori volumus esse clausas; et quod in ornamentis, tonsurâ, habitu, et coronâ canonicis sanctionibus se conforment.

In capellâ autem eorum, dum divina celebrant superpelliciis et capis nigris, et amictis de nigro et furratis ad modum canonicorum secularium indui volumus; ac usum Sarum in divinis officiis eos volumus observare.

Statuimus insuper, ac etiam ordinamus, quod tres missæ in eorum capellâ cotidie celebrentur, nisi rationabiliter fuerint impediti; unam de sanctâ Mariâ; aliam de die; tertiam pro defunctis, nisi usus Sarum aliquibus diebus aliter duxerit observandus; in quibus missis, et omnibus aliis celebrandis per eosdem memoriam habere volumus animarum, prout inferiùs describuntur: nam secundùm ordinationem dictæ dominæ Matildis eos celebrare volumus pro animabus domini Willielmi de Burgh et domini Radulfi de Ufforde ejus nuper maritorum, eorumque patrum et matrum; ac etiam pro animabus dominæ Elizabethæ et dominæ Matildis filiarum suarum, ac suâ cum ab hac luce migraverint; ac etiam animabus suorum parentum, amicorum, et aliorum omnium pro quibus astringitur exorare, ac etiam pro animabus omnium fidelium defunctorum; dictorumque animas in eorum missis et aliis eorum precibus recommendatas specialiter habere volumus, secundùm dictæ dominæ voluntatem.

Statuimus insuper ac etiam ordinamus, quod in refectorio simul comedant, atque bibant, et in dormitorio simul dormiant; nec liceat eis habere cameras separatas, set communiter vivant: et per custodem in mensâ, prout eorum suppetunt facultates in victualibus ministretur.

^a Tann. Notit. Monast. Suff. vii. See the Particular of the Grant to Nicholas Hare and Katherine his wife, 9th March, 30th Hen. VIIIth, in the Repert. Orig. MS. Mus. Brit. vol. iii. p. 66.

^b Pat. 27 Edw. III. p. 1, m. 27.

^c Ibid. m. 29.

^d Pat. 1 Ric. II. p. 5, m. 13.

^e Pat. 7 Ric. II. p. 2, m. 15.

^f Escaet. Suff. 9 Ric. II. n. 118.

^g Pat. 20 Edw. III. p. 3, m. 2 vel 3. et m. 24.

^h Pat. 51 Edw. III. p. 1, m. 13.

ⁱ Escaet. Suff. 14 Ric. II. n. 119.

^k Pat. 9 Hen. V. p. 1, m. 14.

^l Ibid. ^m Pat. 28 Edw. III. p. 2, m. 10. ⁿ Ibid.

^o Pat. 37 Edw. III. p. 2, m. 48.

^p Ibid.

^q Pat. 12 Ric. II. p. 1, m. 9.

^r Inquis. 12 Ric. II. n. 126.

^s Escaet. Suff. 14 Ric. II. n. 119.

^t Ibid.

^u Ibid.

^x Escaet. Norf. 14 Ric. II. n. 119.

^y Ibid.

^z Taylor's Index Monasticus, p. 105.

^a See in the Appendix to the Austin Nunnery of Campesse in Suffolk, a Deed "de Cantaria secularium in Rokehall, transferenda in Domum Minorissarum."